

**Gräberfunde am Ostchor des Bonner Münsters 1698.** In einem einige Nachrichten über Bauten am Bonner Münster im 17. und 18. Jahrhundert enthaltenden Aktenstück des Staatsarchivs in Düsseldorf (Bonn, Cassiusstift, Akten 6) findet sich ein bisher noch nicht ausgewertetes Protokoll über Gräberfunde, die man 1698 bei Bauarbeiten an der Südseite des Ostchors machte. Für die Frühgeschichte der Kirche ist es freilich infolge der Pietät der Bonner Stiftsherren den aufgefundenen Gräbern gegenüber nicht sehr ergiebig; doch muß man ihnen auch wieder dankbar sein, daß sie die Untersuchung solcher Funde einer besser geschulten, späteren Zeit überlassen haben. Aber zur Kenntnis der an dieser Stelle zwischen dem Turm und dem Kloster (dem Kreuzgang mit den anstoßenden Gebäuden) längs dem Ostchor gelegenen Bauten bringt der Bericht einige Aufschlüsse. Die in ihm genannte, damals abgerissene Sakristei und der Durchgang zum Dormitorium können nur da gelegen haben, wo nach Hundeshagen (vgl. den Auszug bei Bader in Band 135/6 dieser Zeitschrift S. 99) sich der Portikus mit dem darüber befindlichen „Secretarium“ und der Durchgang zum Kapitelsschulsaal befunden hatten, und sind mit diesen zweifellos identisch. Es fragt sich, ob nicht die an der angeführten Stelle auf Tafel 54 wiedergegebene, gewöhnlich auf „um 1715“ datierte Karte für diese Partie der Kirche Verhältnisse aus der Zeit vor 1698 wiedergibt, zumal der Plan von 1773 (das. Tafel 56) hier schon keine Gebäude mehr kennt und wir von späteren Abbrucharbeiten an diesem Teil der Kirche nichts wissen. Die in dem Protokoll genannte „vicina domus capitularis“ wäre dann der nach Süden vorspringende, an die Cyriakuskapelle angelehnte Anbau auf dem Tafel 54 wiedergegebenen Plan.

„Cum per damnosissimam oppidi Bonnensis bombardationem anno 1689 subsecutam una cum archidiaconalis collegiatae ss. Cassii et Florentii ecclesiae eiusque turrium et appendicium tectis sita olim versus ecclesiam s. Martini sacristia cum vicina tunc domo capitulari non solum exusta, sed totum illud aedificium etiam cum fornicibus et muro tormentorum bellicorum globis quassatum funditus conciderit, domini decanus et capitulum eiusdem ecclesiae tot damnis et ruinis et contracto exinde aere alieno nimium gravati primitus quidem ecclesiam ex ea parte ob dicti aedificii ruinam plane apertam quo licuit minori sumptu reficere asseribusque et ligneis trabibus ad interim occludere debuerunt. Quandoquidem vero successu temporis capitulum primodictae ecclesiae tantisper respirare et simul advertere coepit modernam sacristiam inibique reposita sacra vasa et ornamenta nimis periculose furtorum occasione exposita esse atque per dei gratiam ad id etiam opportuna media citra ulterius ecclesiae gravamen suggesta sunt, conclusum fuit capitulariter ecclesiam novo e fundamentis erigendo muro a latere praedicto curiam minorem immunitatis respiciente tutius obfirmandam. Itaque fundamentis ad eum finem fodi coepitis reperti fuerunt aliquot oblongi lapidei sarcophagi hic et illic transversim in terra reconditi, quorum unus saxo quadrato extraordinariae crassitatis iam olim cooperatus fuerat eo fine, ut columnna lapidea extra fores ecclesiae tunc pro sustinenda sub transitu ad dormitorium fornice collocata eidem saxo loco fundamenti inniteretur. Prope locum autem, ubi hodie in praesentia dominorum decani, scholastici et canonici Vehelen primus lapis per me infrascriptum collocatus est, invenimus pariter alium saxeum sarcophagum, quem cum ex parte aperiri fecissemus et accenso lumine introspexissemus, vidimus illum ab intus calce sat nitide delinutum et in eo cadaver humanum justae longitudinis corrupta quidem carne, ossibus tamen sibi integre cohaerens nec ingratum spirans odorem. Ex quo cum varie argumentandi ansa daretur, non obscure tamen ex hisce indiciis colligi posse videbatur ante aliquot retro saecula praelatorum ecclesiae aut aliorum illustrum virorum ecclesiae benefactorum sepulturam ibidem forte fuisse ad exemplum ecclesiae s. Gereonis Coloniae, ubi intra ecclesiam nullus, ante fores vero ecclesiae praelati eiusdem et in ambitu canonici sepeliri solent. Quare sarcophagos praedictos suis antiquis locis repositos plane inconcussos reliquimus, aeternam animabus fidelium ibi quiescentium requiem apprécantes. Acta sunt haec Bonnae anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo die tertia mensis aprilis praesentibus amplissimo et admodum reverendis dominis Adolpho Sigismundo Burman decano, Henrico Everhardo Contzen scholastico et Rutgero Vehelen subseniora praedictae ecclesiae canonicis capitularibus. In fidem et rei sic gestae veritatis testimonium hanc desuper relationem con- et subscripti meoque solito sigillo communivi.

(L. S.) Franciscus Achatius i. u. d. protonotarius apostolicus praefatae archidiaconalis collegiatae decanatus coadiutor et canonicus capitularis.“

Düsseldorf.

W. Classen.